Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)



80

mente deposuerit repetat insaniens reddere pertinet
sit officium non reddere. Quod si is qui apud te pecu
nia deposuerit bellum inferat patrie reddas ne depositum
non reddo facies eum contra rem p. que debet esse summa
Sic multa que honesta natura videntur esse temporibus
fiunt non honesta. fide promissa stare conuenit reddere
deposita commutata utilitate fiunt non honesta. et de hijs
quidem que videntur esse utilitates contra iusticia simu
lationis prudentie satis arbitror dictum.

Ed quoniam a quatuor fontibus honestas primo li
bro officia diximus in eisdem versabimur cum doce
bimus ea que videntur esse utilia neque sint que virtuti
inimica. Et de prudentia quidem quam volt imitari ma
licia. Itemque de iusticia que semper est utilis disputa
tum est. Reliquae sunt duae partes honestatis quarum altera in
animi excellentia magnitudine et prestantia ponitur.
Altera in conformatione et moderatione continentie et
temperantie. Vtile videbatur ulixi ut quidam tragici prete
tradiderunt. Nam apud homerum optimum auctorem talis
de ulixe nulla suspicio est. si insimulant eum tantedie
simulatione insanie militie subterfugere. non honestum
consilium at utile ut aliquis fortasse dixerit reconiare
et itare cum suis vinum cum parentibus cum uxore cum filio. Vl
lum tu deinde in quotidianis laboribus et periculis tum
hac tranquillitate conferendum putas. Ego vero istam
contemnenda et abiciendum qui que honesta non sit ne uti
lem quidem arbitror esse. Quod cum dicturum putas v
lixem fuisse si nulla simulatione pseuerassi qui tum max
imas res gessisset in bello tamen hoc audiat ab aiace
tuus qui princeps iuris iurandi fuit quo omnes stiti solus
neglexit fidem fide assimulauit ne coiret in stitit quo